

Analekten zur Biographie des Johann Heß II.

I. Aus den Lehr- und Wanderjahren.

Wir beginnen die Fortsetzung brieflicher Quellen für das Leben des Johann Heß mit dem Widmungsbriefe seiner einzigen Publikation, weil diese sehr selten und der Brief seine älteste erhaltene schriftliche Äußerung ist. Das Buch enthält einen Abschnitt *De vitanda ebrietate* aus dem vierzehnten Kapitel der Naturgeschichte des Plinius, den er durch seinen Lehrer Johannes Rhagius Aesticampianus in Leipzig kennen gelernt hatte, den ihm gewidmeten *Antidotarius contra furiosam Veneris Frenesim* seines Freundes Guolfus Cyclopius Chcnacus und zwei kleinere Gedichte desselben Verfassers. Von dem *Antidotarius* liegt ein älterer, gleichfalls Heß gewidmeter Einzeldruck¹⁾ vor. Über diese ganz humanistische Edition mit moralischer Tendenz wie über Cyclopius haben wir an anderer Stelle genauer gehandelt.²⁾ Cyclopius ist der Dr. med. Cycloß oder Ciclop, der 1525 bei der Durchführung der Reformation in Magdeburg als „Kotten- und Sektengeist“ Nikolaus von Amsdorf soviel zu schaffen machte.³⁾ Der Adressat der Widmung Ulrich Pinder (Pindarus) der Jüngere aus Nürnberg war der Sohn des Nürnberger Physikus Ulrich Pinder aus Nördlingen⁴⁾. Wegen der Herkunft des Vaters wird der Sohn auch

¹⁾ Vergl. *Silesiaca*, Bibliographie des schlesischen Humanismus, No. 75a.

²⁾ Zeitschrift des Vereins f. Gesch. u. Altert. Schlesiens, XXVI, 217 f. Zu Cyclopius, eigentlich Wolfgang Ranndelgießer (*Cantharifusoris*) aus Zwickau, ebenda, 219 f.

³⁾ Th. Pressel, Nikolaus von Arnsdorf, 20–25.

⁴⁾ Zu dem Vater Pinder vergl. G. Bauch in den Prolegomena zum Briefwechsel des Konrad Celtis. G. A. Will, Nürnbergisches Gelehrten-Lexikon s. v. Pindar.

Ulrich Nördlingen (Norlingen) genannt.¹⁾ Dieser Freund des Heß muß etwas älter als er gewesen sein,²⁾ denn er ist schon im Sommersemester 1500 als Udalricus Bynder de Nurenbega in Leipzig immatrikuliert und dort im Sommer 1503 Baccalar der Artes geworden. In Wittenberg ist er erst im Sommerhalbjahr 1511 eingetreten und hat dort mit Heß als Schüler Christoph Scheurl's Jura studiert. Etwa 1514 hat er seine Studien in Rom fortgesetzt, wo er mit Caspar Urfinus Verkehr hielt,³⁾ und ist dann wieder nach Wittenberg zurückgekehrt. Phacchus ist der langjährige Dozent der Humaniora an der Universität Wittenberg Balthasar Fabricius (Schmied) aus Bacha, der Freund Ulrichs von Hutten⁴⁾ und des Conradus Mutianus,⁵⁾ der in Wittenberg und Erfurt allgemein beliebt war und 1520 bei den Vorgängen, die die Verbrennung des kanonischen Rechts und der Bannbulle begleiteten,⁶⁾ eine Rolle spielte.

I. Heß an Ulrich Pinder.

1512 Januar 1.

Wittenberg.

Joannes Hessus Nurmbergensis, bonarum literarum Magister,
Udalrico Pindaro, gentili suo, S. D.

Multa obstore praeclaris ingeniis, quominus ad chorum Musarum perueniant, minime te fugit, Ulrice amantissime, inter quae praecipua mihi videntur monstra Palladi inimica terrena Venus et ebrietas. Quid enim aduersius sit ingenio quam venerius coitus, certe non inuenio, cum spiritus exhauriat imprimis subtiliores, cerebrum debilitet et, quicquid in toto corpore praeclari est, consumat. De ebrietate vero in hoc contentus ero, quod homines insanos facit et memoriam, thesaurum rerum omnium, interimit. Duxi igitur, boni praeceptoris officium esse, ut et Fabio nostro placet, suos discipulos non solum bonis literis honestisque disciplinis instituere, sed et optimis incorruptissimisque moribus, quantum fieri potest,

¹⁾ Für den Sohn vergl. Will, a. a. O., und Enders, Dr. Martin Luthers Briefwechsel, I, 102¹, 434⁵, wo die ganze Literatur verzeichnet ist.

²⁾ Die hier folgenden Angaben geben wir als Ergänzung zu Will und Enders.

³⁾ G. Bauch, Caspar Urfinus Belius, 16.

⁴⁾ D. F. Strauß, Ulrich von Hutten, 2. Aufl., 52, 56, 67 f., 132.

⁵⁾ K. Gyllert, Der Briefwechsel des Conradus Mutianus, No. 155, 157, 344.

⁶⁾ Vergl. Exustionis Antichristianorum decretalium acta. O. O.

ornare. Itaque, cum ista duo mala imprimis Germaniae iuuenibus nobilissimis ad cognitionem literarum impedimento sint, elegi C. Plinium grauissimum humanae vitae censorem, qui veluti fortissimus miles praeclare supra clypeum assurgens contra ebrietatem, communem humani generis hostem, acerrime pugnat mira verborum elegantia et sententiarum grauitate. Huic addidit Cyclopius, utrique nostrum amantissimus, suum Antidotarium contra furiosam Veneris frenesim cum Catalogo de praeclaris poetis, nec Phacchum, communem nostrum amicum, praetermisit, quin et ipsum suo more salutaret. Illud, quicquid est, typis excusum aereis ad te hic mitto, ut te, amantissimum mei, pleniori officio demererer et, si quando a diligenti sacratissimarum legum lectione respiratio datur, lege et illud valde probabis, cum sis et sobrietatis et pudicitiae diligens cultor, ebrietatis vero et petulantiae infensissimus hostis.

Vale et salue, ex officina nostra litararia Vuittenburgii Calendis Januarii M. D. XII., et me patri tuo, viro prudentissimo, Aesculapio Germaniae nostrae, commenda. Iterum et bene et diu vale.

Gedruckt vor: Elegantissimum et varie erudicionis caput C. Plinij Secundi Veronensis ex quartodecimo Naturalis historiae libro de vitanda EBRIETATE. Antidotarius contra furiosam Veneris Frenesim per Guolfum Cyclopium Cycneum Artium et phiae doctorem, de vernacula lingua metrica lege in latinum translatus Ad Joannem Hessum Nurmbergensem. IDEM de preclaris poetis ad preclarum virum Erasmus Stellam artium et medicinar. doctorem. IDEM Poetam nasci ad Baldassarem Phacchum Musar. amatorem.

IMPRESSVM Wittenbergae per Joannem Gronenberg.
AN: M. D. XII. MEN: IAN: 4^o.

Heß' eigenes Exemplar in Dresden, Rgl. öffentl. Bibliothek. —

Der folgende inhaltsreiche Brief ist zwar von Joh. Joach. Müller in seinem nicht gerade häufigen Entdeckten Staats-Kabinett¹⁾ abgedruckt worden, doch mit zahlreichen größeren und kleineren Vesehlern und mit Auslassungen. Es fehlt z. B. der Gruß an Phacchus und die ganze

¹⁾ Zweyte Eröffnung, Cap. V, 425—432.

Unterschrift. Diese Unterschrift ist aber durchaus nicht unwichtig, weil sich Heß darin als Reiser und Brieger Kanonikus bezeichnet. Köstlin hat nachgewiesen,¹⁾ daß er schon in einer Breslau am 7. Dezember 1515 ausgestellten Urkunde Reiser Kanonikus genannt wird. Das Brieger Kanonikat kannte er nur aus einer Angabe bei Henel,²⁾ der die Übertragung in das Jahr 1516 setzt. Das Kanonikat zum hl. Kreuz in Breslau besaß Heß schon 1518 in Bologna, jedoch nicht, wie Köstlin meint,³⁾ durch Bischof Johann V. Thurzo, sondern durch die Güte Herzogs Karl von Münsterberg.⁴⁾ Daß Heß den totkranken Antoniter in Brieg *praeceptor noster* nennt, hat Köstlin dazu verführt, diesen für einen Lehrer von Heß zu halten,⁵⁾ *praeceptor* war aber der Titel der Vorsteher der Antoniterklöster⁶⁾. Der Name des *Praeceptors* war Johannes Walterus Corvinus Rhenanus. Er stammte aus Frankfurt a/M., war *Magister artium* und hatte auch Kenntnisse im Griechischen⁷⁾.

II. Heß an Spalatin.

1517 April 13.

Öls.

Sola fides et amicitia.

S. D. Octauus iam agitur mensis, Spalatine, frater charissime, quo metu seuiantis pestis per Silesiacas oras cum illustrissimo principe meo Joachimo aulam episcopalem reliqui, interim per Boemica Silesiacaque castra vagus, a congressu hominum ac amicorum colloquio penitus alienus, ut mortuum me iure mei credere potuissent. Ego vero, si unquam vixi, vere vixi, litteris sacris coniunctissimus. Jesu bone, quanta tranquillitate animi ocio liberali perlegi Christi euangelia, Pauli pia precepta et Daudica cantica preeunte Erasmo Roterodamo cum suo Fabro. Ea est amplissima hereditas, que ex mortalitate illa contigit, ut pietatem christianam inuenirem atque cognoscerem⁸⁾. Magna Hieronymi opera indies expecto ardentissimo

¹⁾ Zeitschrift zc., VI, 104².

²⁾ Zeitschrift zc., VI, 112. Ursinus nannte 1518 Heß *Brigensis canonicus*.
Correspondenzblatt, VIII, 169.

³⁾ Zeitschrift zc., VI, 106.

⁴⁾ Zeitschrift zc., XXXVI, 217, 222.

⁵⁾ Zeitschrift zc., XII, 415, 416.

⁶⁾ So hießen die ersten beiden Kanzler der Universität Wittenberg, Goswin von Orsoy und Wolfgang Reisenpusch, *Praeceptoren* von Lichtenberg.

⁷⁾ Zeitschrift zc., XXVI, 236, 237, XXXII, 392, 393.

⁸⁾ M. agnoscerem.

desyderio. Nescio etenim, quid felicitati et rectis studijs amplius deesse possit, modo non desit ocium lectioni gratum. Timeo enim, immo pre oculis futuram tempestatem video, quod reuerendissimus me reuocabit ex illa¹⁾ mea vita ad mortem, utputa puluerem aulicum, strepitum ingratum, patrocinia iniqua, versucias, fraudes, assentationes et alios misere aule comites. Ego tamen de libertate ut fugitium mancipium cogito.

Dabit optimus deus eam libertatem, non corporis, sed spiritus, quam assecutus videor. Si tecum Wittenberge viuerem! Reuerendissimus noster et pater ipse Romam oculis ut scopum prefigunt, quo discerem litium nodos²⁾ soluere, beneficia ecclesiastica, ut vere dicam, mercari, immo sacra omnia prophannare, tamen non sine apostolica dispensacione. Satis in hoc mundo diues, qui in diuicijs et thesauro Christi spiritum reconderet; ob id reclamo, Wittenbergam satis superque satis esse ad perdiscendum iuris pontificij erudicionem, practicam, ut nostri loquuntur, curialem et consistorialem. Cognoui decipere proximum pectoralibus reseruacionibus, surrogare in ius defuncti, iuspatronatus in fraudem possessorios transfundere non sine pacto³⁾ apertissimo. Et mille huius practice demones. Dum hec palam agere video et tanquam legitimo iuris, ut dicunt, ordine et processu, quid aliud miser ago: suspiro et mecum libertatem illam Wittenbergicam animo circumduco, qua⁴⁾ humana felicitate cum Deo litteris et amicis viuerem liberrime. Ad quam ut redirem, tale inueni ingenium: Dux Carolus agit pro filio primogenito Joachimo, quod in coadiutorem assumeretur (Secretum) episcopatus Wratislaviensis. Adhuc sub iudice lis est. Nihil tamen dubito, habebit Morauie aut Hungarie. Negocio tali cognito omni⁵⁾ patri placere filium sacris iniciari, conueni duces diligenterque egi, dum per etatem et bella Italica viuere aut Rome aut Bude apud regem Hungarie propter pestem non liceret, interim Wittenberge tuto viueremus, quo antea duces Luneburgenses et pfaltzgrauius Rheni non insuaues egissent dies. Placuit institutum meum, responsum tamen non accepi. Vides, frater, Hessum se agere Ver-

¹⁾ M. ista. ²⁾ M. modos. ³⁾ Es steht wirklich pacto da für peccato.

⁴⁾ M. qua ut. ⁵⁾ M. omnino. In der Handschrift steht oj mit Strich.

tumnum (Secretum), ut si solus ad te redire non posset¹⁾, ducem secum traheret; propterea te vehementer rogo atque obtestor, res ea²⁾ tibi credita sit in occulto, et diligenter, mi frater, rescribe, quod si peragerem, an possim diuum³⁾ Fridericum electorem demereri, cui nisi gratum fore cognoscerem, relinquerem omnia in obscuro. Pestem Wittenberge grassari ex Luce pictoris epistola cognoui. Fac, ut sciam. Reliqua ex tua considerabis prudentia.

Pro reliquijs sanctorum apud reuerendissimum nostrum diligenter egi ore et litteris, crede, frater, summa rerum sacrarum⁴⁾ penuria est; tamen sis securus, dabo operam, si quid erit, habebis me promotorem⁵⁾.

Genealogiam ducis Caroli remitto cum informacione, ut voluisti. Addidi quedam in tergo non ingrata, ut spero, de domo predictorum ducum. Curam diligentissimam omnium rerum et Polonicarum Silesitarumque⁶⁾ gero. Nemo enim ante me de clarissimis ducibus quicquam posteritati reliquit. Excucio sepulchrales inscriptiones, senes consulo, duces reuerenter adeo, nec quicquam relinquo, quo bene consulerem memorie grate Silesie. Ea scribo, si quid ad res Saxonicas possit tibi emolumenti et commodi afferre. Tutum in me habebis confugium, non tamen sine usura accipies quicquam a me; nam,⁷⁾ quod a me exigis in Saxoniciis, id ego in Silesiacis siue Polonicis optimo iure facio.

Habuit dominus Arnestus princeps de Anhalt d. Margaretham, sororem Caroli, mei ducis, que vidua hodie apud vos viuit. Vellem itaque, si apud te esset genealogia principum de Anhalt, eam ad me mitteres, faceres et ducibus et mihi rem longe gratissimam. Facilis enim apud me coniectura ex Polonicis meis, et antiquitate et claris⁸⁾ fortissimisque factis decies⁹⁾ principes de Anhalt fuisse illustres.

Olim duces Polonie idem erant et Silesie, multa inter eos et Saxones clarissima connubia.

Henricus, dux Wratislaviensis, clarissimi ducis Polonie et Silesie Henrici a Tartaris interfecti (qui filius erat Henrici

¹⁾ M. possit. ²⁾ M. ea fēhlt. ³⁾ M. Dn. ⁴⁾ M. istarum. ⁵⁾ M. portitorem.
⁶⁾ M. Silesicarumque. ⁷⁾ M. non. ⁸⁾ M. clarvis. ⁹⁾ M. dictos.

Barbati ex sancta Hedwige) filius, in uxorem habuit filiam ducis Saxonie, que marito mortuo nupsit burggraui Normbergensi.¹⁾

Joannes, dux Saganensis, genuit XVIII liberos ex Margaretha, filia Wenceslai, ducis Saxonie, in quorum numero fuit Rudolfus, dux insignis, qui cum pro ordine militari beate virginis in regem Polonie arma moueret, periit cum suis in Porussia. Huius frater Joannes Saganensis, Masinissa alter, ter ad extremam redactus inopiam, ter ad summam peruenit opulenciam rerumque copiam, in qua et mortuus. Arma duriter intulit marchioni Brandenburgensi, deinde potentissimo regi Mathie Hungarie, vir totus militaris, litterarum omnium vacuus. Horum sorores uxor principis de Anhalt et uxor ducis de Braunschweig.

Habuit et dux Hincō siue Henricus Junior, frater Henrici Senioris, ducis Munsterbergensis, patris Caroli, in uxorem Catharinam, filiam lantgrauij Wilhelmi Doringie, ex qua Anna unica filia, que dominum Adam de Noua domo in maritum accepit. Viuit hodie et mater et filia patre tamen mortuo.

Accipe hec pauca, mi frater, et cognosce, animum promptum bene consulturum, si dabitur occasio.

Maxime utile et gratum videretur, si illustrissimus elector imperij pro reliquijs scriberet reuerendissimo Wratislaviensi, miro enim desyderio ducales accipit litteras et amplectitur. Quicquid placuerit, et mihi acceptabile, nam in his omnibus tuam sequor voluntatem.

Bene valeat Mucianus noster et Phacchus.²⁾

Venerabilis preceptor noster S. Anthonij Brigensis iam fere ad octo hebdomadas ultimum traxit spiritum et ab omnibus iam deploratus medicis. In medio quadragesime conueni virum et qui omnia³⁾ mihi erat, pater et frater, inueni desyderanter inuocantem patrem celestem,⁴⁾ ut dissolueret carnem suam liberaretque spiritum a misero ergastulo, quo liber viueret cum Christo.

Scriberem multa, sed lachryme prohibent. Hec ultima fuerunt verba: Vale, frater, carnalibus amplius non videbis me oculis. Viuit an mortuus sit, ignoro. (Secretum.) Credit se

¹⁾ M. Norinbergensi. ²⁾ M. et Phacchus fehlt. ³⁾ M. omnino. ⁴⁾ M. ecclesiae.

lento¹⁾ veneno a suis intoxicatum, affirmare nil (gestr.: ausim) possum. Si templo vestro Sanctorum omnium reliquie diue Hedwigis ducis, unice huius Silesie patrone, deessent, vellem, ut²⁾ illustrissimus dux electorius scriberet litteras domine Hedwigi, Abbatisse Trebniciensis monasterij, ubi sacra quiescunt ossa, quibus reliquias peteret ex indulto apostolico Julij ii Romani pontificis. Si quid cordis erit et animi, curabis, ut littere in manus meas ponantur, curabo et ipse omnia de industria, propterea litteras ducales desydero, ne ignorante duce crederent me mali homines rem egisse.

Institutionem principis Erasmi Roterodami habui, antequam tuas acciperem litteras. Viue, vale felix litterasque tuas in episcopali expecto cancellaria aut Wratistlaue aut Nysse. Dabis veniam inculto et pene sordido calamo.

Ex arce Olsnensi anno XVII die altera Pasce.

Hessus canonicus
Nyssensis et Brigensis.³⁾

Adresse: Grate veneracionis viro Domino Magistro Georgio Spalatino Canonico Aldenburgensi Fratri longe gratissimo.

In Arce Wittenburgensi Saxonie.

Unten am Rande: Responsum quam primum fieri potest eciam proprio expecto cum nuntio. Age frater ut te confid . . . veniam (abgerieben).⁴⁾

Orig. Weimar, Sachsen=Ernestinisches Gesamtarchiv, Reg. D. 89. Spalatin hat vornhin geschrieben: Joannes Hessus Nürnbergensis 1517.⁵⁾

Die drei hier aneinander gereihten Briefe an B i r c h e i m e r rühren sämtlich aus dem gezwungenen Aufenthalte des Hess in der Vaterstadt im November 1519 her und werden durch den früher schon wiedergegebenen⁶⁾ ergänzt und zum Teil erläutert. Heumann⁷⁾ hat den ersten schon abgedruckt, mit dem falschen Datum 1522, ohne das Motto und ohne Adresse. Die Adressen sind keineswegs unwesentlich; man vergleiche hier nur einmal alle drei und man wird leicht daraus die wachsende vertrauliche Annäherung erkennen. Zu dem ersten Briefe ist das Schreiben an

¹⁾ M. leno. ²⁾ M. et. ³⁾ M. Die ganze Unterschrift fehlt. ⁴⁾ M. fehlt.

⁵⁾ M. fehlt. ⁶⁾ Correspondenzblatt VIII, 176. ⁷⁾ Documenta literaria, Commentatio Isagogica, 76, 77.

Johann Lang vom 19. November 1519, das Rüngel abgedruckt hat,¹⁾ heranzuziehen. In diesem sagt er, er habe sich ein Fußübel „in faucibus“ Alpium zugezogen. Mit „in faucibus“ wird damals gewöhnlich „in Füßen“ übersetzt.²⁾ Der Name der Alpen, den Rüngel mit „Juliarum“ wiedergibt, ist leider in der nur erhaltenen Abschrift des Briefes falsch geschrieben. „Juliarum“ ist auf keinen Fall zu lesen, da die Julischen Alpen in Krain und Kärnten, als weit seitab von dem Wege von Bologna nach Augsburg, liegen. In der Handschrift steht „Tulliarum“ oder „Tulharum“, am wahrscheinlichsten ist, dafür Tirolliarum (oder vielleicht auch nach dem Orte Neutte bei Füßen Ruttiarum) zu lesen. Heß kehrte aus Italien als Doctor theologiae zurück. Es ist alte Tradition, der sich auch noch Kösslin³⁾ und Rüngel⁴⁾ anschließen, daß er sein Doctorat am 9. September 1519 in Ferrara erworben habe. Das Datum kann man nicht nachprüfen. Anders steht es mit dem Orte der Promotion. Da Heß selbst in dem Briefe an Lang sagt: „Nam una ego cum integerrimo ac utriusque linguae sine controuersia doctissimo viro Croto Rubiano collegio theologorum nuper sumus adscripti“, darf man den Brief von Crotus' vertrautem Freunde Mutianus Rufus,⁵⁾ der wohl genau unterrichtet sein konnte, an Johann Lang vom 1. Juli 1520 nicht übersehen, in dem er ausdrücklich sagt: „Rubianum . . . nuper Bononie theologie insignibus donatum“. Mutianus war selbst in Ferrara Doctor decretorum geworden, deshalb hätte er wohl kaum Bologna und Ferrara verwechselt, und Heß ist sonach in Bologna Doctor theologiae geworden. Die Meinung Rüngels, daß eine theologische Promotion in Bologna nicht hätte vorgenommen werden können, ist unhaltbar. Sie wird dadurch widerlegt, daß die Erfurter theologischen Statuten von 1412 bei den Examen⁶⁾ ausdrücklich auf Bologna verweisen und daß im Sommersemester 1516 in Kraßau Magister Jacobus Piscatoris ordinis Minorum Bononie promotus Baccalarius theologie et Magister Parisiensis 18. Septembris und in Frankfurt a. O. 1513 Frater Henningus Lampe Hildesheimensis ordinis Praedicatorum sacre theologie Bacca-

¹⁾ Correspondenzblatt, VI, 223, 224.

²⁾ So in dem noch nicht gedruckten Briefwechsel des Konrad Celtis. Vergl. den Brief des Erziehers des Grafen von Werdenberg an Celtis, Kempen 1493.

³⁾ Zeitschrift zc., VI, 107. ⁴⁾ A. a. O. 221, 222. ⁵⁾ R. Gyllert a. a. O., Nr. 594.

⁶⁾ J. Weizenborn, Die Akten der Erfurter Universität, II, 54, 55.

laureus Bononiensis, beide demnach als in Bologna promobiert, eingetragen sind. Der „suauissimus fabulator“ des Briefes IV und der „Fugitiuus“ des Briefes V sind die von Pirckheimer übersetzten Fugitivi des Lucianus.¹⁾

III. Heß an Pirckheimer.

[1519 November.]

[Nürnberg.]

Sola fides et Amicitia.

S. P. Volui, quam primum Norimbergam venissem, neglectis reliquis amicis nostrum Wilibaldum conuenire. Id enim suo iure a me exegerunt Baptista Egnatius, Crotus, integerrimus theologus, Oecolampadius et candidissimi fratres D. Adelmanni. Sed audi, quid accidit: pes sinister leuiter saucius in itinere creuit nunc in tumorem et usui vix aptus. Timeo, [ne,] si me Lucianus videret, ut Vulcanum alterum derideret. Tu interim vale, et cum liberatus ero, ad te illico confugiam tanquam ad statuam seruatoris Aesculapii.

Hessus.

Adresse: D. Wilibaldo Pirckamero, Senatori Bonorum, Suo Patrono.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

IV. Heß an Pirckheimer.

[1519 November.]

[Nürnberg.]

Ita enim (?) Deo placet, ut uterque sit male pedatus, optarem tamen a Deo, ut tua humanitas tam facile liberaretur a sua podagra, quam optimam eciam nominat, quam me spero liberum fieri a meo morbulo. Suauiss[imus] fabulator interim quid lenimenti absque dubio conferet. Tu cura, ut valeas.

Hessus.

Adresse: D. Wilibaldo Pirckamero, viro modis omnibus optimo et integerrimo.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

V. Heß an Pirckheimer.

[1519 November.]

[Nürnberg.]

Cam forte fortuna incidissem in libellos quosdam, optime patrone, nuper ex Bononia allatos, reperi Parasitum Luciani,

¹⁾ Correspondenzblatt VIII, 176.

quem hic mitto. Si antea visus, bene est, volui tamen utcunque occasionem quaerere, etiam leuissima re, qua amantissimum mei possem, demereri. Vale.

Hessus.

Fugitiuus tuus, ut spero, neque duris neque ingratis vinculis a me adhuc retinetur.

Adresse: Optimo Pirckamero Suo.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

Den die gärende Erregung in Wittenberg während Luthers Aufenthalt auf der Wartburg lebhaft wiederpiegelnden Brief des Sebastian Helmann an Heß haben Rößlin¹⁾ und Schneider²⁾ benutzt und beiden ist dabei Menschliches zugestoßen. Rößlin hat den in dem Briefe hochgepriesenen Augustinermönch Gabriel Zwilling (Didymus) und das über ihn Gesagte auf den auch erwähnten Andreas Karlstadt bezogen und Schneider hat in seinem kurzen Zitat ein paar Fehler gemacht. Wie sehr der Brief den sich noch klärenden Heß beschäftigt hat, zeigen die Rand- und Interlinearbemerkungen von seiner Hand sowie die Notiz auf der Adresse. Wir geben diese Lemmata aus diesem Grunde vollständig wieder und bezeichnen die später zugefügten mit *. Die angeführten Schriften Luthers sind leicht zu finden, die Schrift Karlstads *Regnum coelorum* gibt Jäger an.³⁾ Über die im Briefe genannten Anhänger der reformatorischen Bewegung in Breslau ließ sich leider immer noch nichts Näheres feststellen. Der Schreiber des Briefes, der in dem Album der Wittenberger Universität nicht steht, gehörte als Tabernator, d. h. Kretschmer, von 1528 bis 1549 dem Breslauer Rat, zuerst wechselnd in der Eigenschaft eines Scabinus oder eines Ratmanns, zuletzt von 1537 bis 1549 ununterbrochen als Ratmann, an.⁴⁾ Sein Name wird in dem Ratskatalog Heinemann, Hennemann oder Reissig (Reissig) geschrieben⁵⁾ und Reissig nennt ihn auch Heß auf der Adresse. Er ist am 15. Oktober 1549 gestorben.⁶⁾

¹⁾ Zeitschrift x., VI, 123, 124.

²⁾ Über den geschichtlichen Verlauf der Reformation in Siegnitz x., 26, 27.

³⁾ C. F. Jäger, Andreas Bodenstein von Carlstadt, 216 f.

⁴⁾ Codex diplomaticus Silesiae, XI, 102.

⁵⁾ Oder auch Heinmann, Hennmann, Hennmann und Reissig.

⁶⁾ Der nachfolgende Brief ist zwar bereits aus dem Original mit erläuternden Bemerkungen von Hoffmann (Theolog. Studien und Kritiken 1885 S. 131—137) abgedruckt, doch lassen wir ihn der Vollständigkeit halber hier folgen.

Ann. der Redaktion.

VI. Sebastian Helmann an Hef.

1521 Oktober 8.

Wittenberg.

Antequam has litteras scriberem, accessi D. Philippum, si quid litterarum ad te dare vellet, fore enim, ut iam certo nuncio ad te deportarentur. Is respondit, se tibi scripsisse per quendam, quem tibi commendasset, tamen, si vacaret, promisit, iterum scripturum ad te, itaque expectabis has quoque, ego enim non desinam, esse etiam importunus in extorquendis litteris, ut, si ipse parum te afficiam meis aridis litteris vel potius obtundem, saltem aliorum litteris doctis meas indoctas mitigem. Scripsisti mihi de quattuor libellis Martinianis, quos libenter videres, miror, si nullos receperis, scripsit enim tibi noster Apelles Lucas atque dono misit duos psalmos 36. et 67. Jam mitto tibi reliqua, que edita sunt, sunt autem psalmus 118., De confessione, item rationem Latomianam pro incendiarijs Louaniensis scole sophystis redditam, Contra Emserum paruum libellum, quasdam posiciones Martini, ultimo unicum libellum Andree Carolstadij supra hoc dictum: Regnum celorum vim patitur, a nullis adhuc recte intellectum; hos lege, quid boni sentiunt, ego enim omnes per occupationes legere non quivi. Stolcerum meum audio ad Christum conuersum. Quam letum attulistis nuncium! Sed quam vereor, ne ista mea (ut vocant) noua sibi offendiculum futura sint, est enim homo, qui ad motum aure facillime se transmutet. Vis autem scire, quid sit? Ecce [Am Rande von Hef: Alter Martinus], Deus suscitauit nobis alium prophetam, monachum eiusdem ordinis, qui adeo sincere, adeo candide Euangelium predicat, ut ab omnibus Alter Martinus nominetur, Philippus nullam concionem negligit, et est tantus, ut, nisi me aliquorum affirmacio retraheret, non crederem, Martinum ipsum superare, is per litteras, ut audiui, Martini admonitus [Darüber von Hef: * Euentus rei indicat non ita esse] concionatus est: Nullum hominem nullam debere missam audire, nec ipse velle in eternum ullam legere, ob id solum, quod tam atrociter [Am Rande von Hef: Missa non audienda] in diuinam maiestatem peccaretur, ut nulla re posset eque commoueri deus atque abusu misse. Primum enim facerent ex missa sacrificium, demum sacramentum seu signum, quod nobis datum esset ad confir-

mandam fidem, adoraremus atque faceremus nobis idolum [Am Rande von Hefß: Non adoranda Eucharistia]. Nichil enim prestare hoc signum signis in Vetere testamento: Non enim licuisse Judeis adorare Arcam. Nec Arcum [Über von Hefß: Itidem], non item prepucium, verum per hec signa certos fuisse, quod eos deus non esset deserturus¹⁾. Ita hoc signum Noui testamenti, ubi panem et vinum, carnem et sanguinem Christi, sumimus, nihil aliud nobis prestare quam certitudinem nostre salutis [Am Rande von Hefß: Caro], carnem scilicet sumere nos, quod nos admoneat, hanc oblatam in holocaustum pro peccatis omnium hominum [Am Rande von Hefß: Sanguis], sanguinem autem, ut certi simus hunc effusum esse pro peccatis nostris, atque hec esse signa, que nostras consciencias [Unter der letzten Zeile von Hefß: *Contra: Cur ait Thomas Apostolus Dominus meus et Deus meus] redderent certas de bona voluntate dei, velle nos saluare, modo crederemus in eum. Demum impium esse, si adoraremus, et plane idolatriam, non enim apostolos nec Chorinthios adorasse sacramentum hoc [Am Rande von Hefß: Eucharistiam nec Apostoli nec Corinthij adorarunt]. Et ibi multa egregie dicebat, que non angustia epistole capit. Proinde nos Wittenbergenses non audimus missas, verbum dei fideliter audimus, demum sub una specie non communicamus, sed utramque capimus, et id sepe nobis continget. Philippus Melancthon cum omnibus suis discipulis in parrochia in die Michaelis sub utraque specie communicavit, et iam fiet in omnibus [Am Rande von Hefß: Sub utraque Philippus die Michaelis]. Ob id, mi domine, quam vellem, ut te conformares secundum hanc nostram ecclesiam, presertim in legendis missis. Omnes hic docti, qui sunt sacerdotes, hoc agunt, ne legant missas, sed tu ages pro tua prudencia.

Scripsi et Thome Stolcer,²⁾ ut a se relegaret missas, utrum placebit ei meum admonitum, incertus.

Mira me tenet sollicitudo parentum meorum, hac in re omnino securi et periculosissime [Am Rande von Hefß: *Ideo eciam in patriam venit], qui, cum sacramentum adorant, putant se deo officium exequi, cum tam pessime labantur, ignari, quod mysterium sub signis contineatur, ad quid valet, in quem usum. O exerce fidem tuam, mi domine [Am Rande von Hefß: Admonendi

¹⁾ deserturos. ²⁾ Schn. Stolcen.

parentes], que sola charitate cernitur, atque doceas eos tamen, quid sit sperandum nobis in signis, in quibus nostra salus pendeat, forsán non frustra collocaturus operam, ego id agam eciam litteris meis, quamquam forsán nihil plus efficio, quam si nihil scriberem, adeo omnia se scire presumunt, dum Martino bene volunt, quasi Martinum confiteri oporteat. Demum, quasi fides non alia res sit, quam que putatur hystorica [Am Rande von Hefß: Fides non Historica] et non potius viscera perstringat et nostram vitam dirigat. Libenter audiui te diuini verbi concionatorem factum et ob id non parum odij inter tuos inequales coequales forsán tibi conflatum. Sed age, dic audacter, que [Am Rande von Hefß: Adhortatio ad Concionandum] pro gloria dei faciunt. Nam oportet, ut confiteamur Christum in vita, alioqui, si id coram hominibus formidauerimus, multo minus in agone mortis coram Sathane id valebimus. Confortabit te enim libellus Andree Carolstadij, oportet enim nos, qui regnum dei sumus, per tribulaciones intrare in regnum celorum. Mitto tibi illas duas sesterniones scriptas in psalterium, nam non potui habere eas impressas, mitto item Epistolam Philippi, quam scripsit ad episcopum Moguntinensem, demum Epistolam Capitonis, qui eciam apud nos Wittenberge fuit, nescitur tamen ob quam causam [Am Rande von Hefß: Capito Vuittenberge fuit], nescio, an variarum parcium¹⁾, ceterum homo liberali facie. Philippi Methodus nondum imprimitur. Commentaria mihi fere exscripsi, si usque adeo teneris desyderio, ego ea tum tibi mittam, modo significes. Scribit et commentarium [Am Rande von Hefß: Philip. in. i. Corint.] in Epistolam 1. ad Chorinth., quem breui finiet. [Am Rande von Hefß: Que ipse audit] Ne cures de mea diligencia, ego uberrimam suppellectilem mecum feram, si deus voluerit. Audio et 32. caput Genesis ab A. N. D. C. A. R. O. L. Breui incipiet Deuteronomium. Nihil aliud ago, quam quod sacras litteras scrutor et in hoc hic sum, grecas simul amplector. Scripsi nugas quasdam tuo fratri Marco. Mirumimmodum placuerunt sue littere, proinde hortandus est, ut procedat.

Vale in Christo. Datum Wittenberge 8. Octobris 1521.

Sebastianus Helmanus.²⁾

¹⁾ Der Satz steht so unverstándlich im Original.

²⁾ Nach Hoffmann lieft das Orig. noch taus (Num. der Redaktion).

Salutat te *Anthonyus*,¹⁾ non potuit per occupaciones tibi scribere. Saluto ego totam Synagogam Ecclesie Vestre.²⁾ Saluto dominum Melchiorum.³⁾ Saluto *Anthonyum* cum tota familia, dominam Apoloniam, saluto *Hydraulem*⁴⁾ Joannem Flassner.

Adresse abgesehnitten bis auf: *Wratislaue*.

Original Breslau, Stadtbibliothek. Rhed. VII, 5.

Unter der Adresse von Heß: Reysigk De Gabriele Monacho.

Darunter (gestrichen): *De Non adoranda Eucharistia. Insania.

Auch dem folgenden Briefe *Moibans* sind bei seiner Benutzung Unbilden widerfahren. *Schneider*⁵⁾ hat ihm in einem Zitat das falsche Datum 1522 gegeben und wieder Vesehler gemacht. Das Jahr 1521 wird durch die Bezugnahme auf den vorstehenden, noch frischen Brief *Helmanns* festgelegt. Der Biograph *Moibans* *P. Konrad*⁶⁾ versetzt *Moiban* zu dieser Zeit fälschlich nach Wittenberg. Gegen diesen Ort und für Breslau spricht deutlich die Äußerung *Krautwalds* über die Wittenberger Gelehrten und die Erwähnung des *Melchior* in beiden Briefen. Für den Druck haben wir das Griechische so gelassen, wie es im Original geschrieben ist, weil es nur in dieser unbearbeiteten Form ein Zeugnis für seine Kenntniss bei *Moiban* ist. Die Form *πραύτητα* für *πράοτητα* gilt als spätgriechische Form, deren Gebrauch man, nach der neueren Ansicht mit Unrecht, dem *Philo* zuschreibt. Das unverständliche *πορρίπτε* ist eine Zusammenziehung aus *πόρρω* und *ἵπτε*. Für Heß von besonderer Bedeutung ist das Postscriptum über Bischof *Jakob von Salza* und sein durch den Brief bezeugter Aufenthalt in Ols zu dieser Zeit.

VII. *Moiban* an Heß.

[1521] Dezember 8.

[Breslau.]

Accepi conuiciatricem illam tuam epistolam, sed mihi tam gratam, quam est a te amarulenter scripta, ὅμοι, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τοῦτο τί κακόν; θαυμασίαν γὰρ μεταμόρφασιν ταύτην; τι θαυμάζω τὸν Δία εἰς ταῦρον καὶ εἰς κύκνον μεταμορφώμενον, καὶ τ' ἄμα πόλλα, διὰ τὰ αἰσχροῦ ἡλκησμένον; οὔτε τὸν Παῦλον ἐκ τοῦ Σαοῦλ, καὶ τὸν ταύτον ἐξ Ἰουδαίου τὸν τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολον καὶ ἐκ τοῦ Μόμου φαρισαίου τὸν τοῦ εὐαγγελίου φαρισαῖον ἀληθέστατον γενομένον, τούτων

¹⁾ *U. Niger*, Zeitschrift x. XVI, 189.

²⁾ *Schn. Vratislaviensis*. Nach *Koffmane* liest das Orig. noch *Scripti* et durchgestrichen (Anm. der Redaktion).

³⁾ Nach *Koffmane* ist *Melchior* nach dem Zeugnis anderer Briefe in der *Rhedig*. Sammlung besonders tätig gewesen im Vertreiben Lutherscher Bücher. (Anm. d. Red.)

⁴⁾ *Schn. Hydraulium*. ⁵⁾ *Schneider* a. a. O., 27.

⁶⁾ *P. Konrad*, Dr. *Ambrosius Moibanus*, 16.

μὲν ἀπάντων ἦττον μοι μέλει, μᾶλλον δὲ ἐθαύμασα τὸν ἐμὸν τὸν Ἑσσαν κατὰ τὴν φύσιν πραότατον καὶ ἡδιστον τάχιστα ὑβρίστην καὶ αἰσυλον γενομένον, τί ταῦτα, ὦ φίλτατε; τί ἡμαρτον; τίς σε ἡ πόλις τίνεστε τοκῆς γεγόνασι; μὴ σεαυτὸν ἀγνοῶν ταῦτα ποιεῖς; μὴ γένοιτο: πορρίπτε τὴν σκληρότητά σου, καὶ παραδέχου τὴν ἰδίαν πραύτητα. Σὺς ὁ Μελχιωρ αἰτία ἐστὶ τούτων πάντων, πολλάκις γὰρ ἐκείνῳ συγγέγονα, ἔτι σοὶ ἀγοράζῃ καὶ ἀποστέλλῃ τὰς βιβλοὺς τοῦ Μαρτίνου, ἀλλὰ δὲ καὶ τοῦτον λόγον τῷ Ματθίᾳ ἔλεγον, οἷς τὸ χρῆμά σου μέλλει, οὐκοῦν τὴν ἀμέλειάν μου οὐχ αἰτιώσεις, ἀλλὰ δὲ ταῦτα τί λογίζομαι; De Martino non sis sollicitus, bene habet. Proinde, quod forsā te litere Sebastiani ob Eucharistiam perplexum fecerunt,¹⁾ non miror, fuit mihi²⁾ cum Crautoaldo de ea re multa confabulatio. Verum is ait, ex doctis Witenberge nihil certi se accepisse, sed rem tantum disputatione³⁾ tractatam adeoque herere adhuc sub iudice. Tametsi, quantum mihi licuit expiscari,⁴⁾ sencio, grauissimos esse in ea sententia, sacramentum non adorandum, in quam sententiam protrahor facillime et ego, habens (?) enim nusquam in Euangelio scriptum de ea adoracione, imo Veteri testamento comprobatur, deum non voluisse aliquam adoracionem, que esset in sculptili aut signo aliquo. Vale et me ama. Tuus enim immortalis.

Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἡμέτερος, ὡς ἤκουσα: σοὶ σφόδρα ὀργίζεται, τί ποιήσῃ; θυμὸς καὶ ὄργη τοῦ ἐκείνου εἰς τὴν κεφαλὴν σου φέρεται. VIII die Xbris.

Ambrosius Moibanus.

Adresse: Dno Joanni Doctori Hesso Canonico Vuratis. fratri optimo suo In Olsna.

Orig., Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. VII, 11.

Von Heß darauf geschrieben: De adoracione Sacramenti. —

Der erste Brief des Joachimus Camerarius bedarf keiner Erklärungen, es genügt, auf das zu dem Briefe von Crotus vom 22. September 1525 früher Gesagte⁵⁾ zu verweisen. Für Nizer, den früher nicht genügend gewürdigten Helfer und Genossen des Heß bei der Disputation in Breslau und bei den sich an diese knüpfenden Streitigkeiten mit Präfauer katholischen Gegnern, insbesondere mit Ridzinski

¹⁾ S. fecerint. ²⁾ S. enim. ³⁾ S. disputationem. ⁴⁾ S. exposcar.

⁵⁾ Correspondenzblatt VIII, 181.

(Risinnius), liegt jetzt eine Biographie vor,¹⁾ die zugleich den Nachdruck eines Pfaffauer Libells bietet, das Hefß, Laurentius Corvinus und Nig er feindselig als die Führer der Breslauer Häretiker bezeichnet. Auch für Meßler ist neuerdings eine Vita geschrieben.²⁾

II. Aus den Amtsjahren.

VIII. Camerarius an Hefß.

[1525] Oktober 7.

[Frankfurt a. O.]

Cum nuper Regiomonte Borussorum, quo comes Jacobi Fuchsi, hominis optimi et clarissimi tibi non ignoti, profectus fueram, Bosinum reuersus essem, misi ad te litteras, quas Crotus nobis dederat, quibus meas ad Antonium Nigrum adiunxi. Easque iam arbitror vos accepisse. Postea profecti Francofurtum, inuenimus diuino casu nostro in diuersorio uestratem inde ciuem, comitate et elegantia insignem. Quicum de te, ut libenter soleo amicorum meminisse, crebros sermones cum habuissemus, intellexit, te nobis notum³⁾ esse, itaque liberius de tuis nobiscum rebus inter cenandum communicauit. Narrauitque adeo, te paucos ante dies uxorem, forma ac moribus singularibus praeditam, duxisse. Id nobis magnam voluptatem attulit, inprimisque Jacobo Fuchso, qui tibi tam foelix faustumque matrimonij principium pulcherrimis verbis gratulatus est. De me vero quid dicam? Qui, cum omnia summa tibi contingere cupiam, hunc successum meo quidem animo posui inter maximos, itaque sum gauisus, crede mihi, Hesse, sancte theologe, mirifice. Sed hoc meum gaudium penes te est plenum absolutumque facere, hoc tum fiet, cum tu nos per litteras omnibus de rebus certiores reddideris. Sic enim non de hominum sermonibus, sed de tuo testimonio, quod dubium esse non poterit, leticia afficiemur. Haec ad te, nactus occasionem, scribere visum est. Simul ut tibi meum studium ac voluntatem declararem, simul ut animo meo obsequerer. Vide vero, mi Hesse, quam nihil sit in rebus humanis purum ac syncerum. Cum enim scribendo ad te nos oblectamus, Jacobum Fuchsum subito intestinorum torminibus, qui morbus, cum Regiummontem tenderemus, eum Bosini, parum aberat, quin necasset, grauit

¹⁾ Zeitschrift x., XVI, 180 f. ²⁾ Zeitschrift x., XXXII, 49 f. ³⁾ notos

corripitur (!). Itaque aegrotum in currum sumus imposituri, sed spero domino eius nomine salutem ac postmodo dignitatem cure futurum. Me tibi, Hesse, ut finem faciam, iam enim abimus, commendo. Mecelerum, meum quondam magistrum, et Antonium Nigrum saluto. Tuamque uxorem a me ignoto quidem, sed beneuolo tua caussa saluebis. VII. Octobris.

Joachimus Camer.

Moibanum, ποιμενα λαῶν, ut audio, saluto.

Jacobus Fuchsus, tibi peculiariter salutem adscribi et Mecelerum suis verbis ut diligenter salutes tibi ut mandarem, iussit. Nos Vuittembergam ac inde Bambergam pergere¹⁾ cogitamus. Fortassis breui audies de nostra patria, quod tu gaudeas.

Adresse: Jo. Hesso Bresolauiae theologo sanctiss. amico summo.

Orig., Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. V, 79.

Heß hat neben summo „secunda“ geschrieben und darunter: Joachimus Camerarius gratulatur de Matrimonio. —

Der hier einzuschiebende, bisher noch nie benutzte Brief des Heß an Pirckheimer ist ein Denkmal für eine in Vergessenheit versunkene Reise des Heß nach Nürnberg. Das fehlende Datum einigermaßen zu bestimmen, ermöglicht die Erwähnung des Briefes von Dekolampad. Weil Heß nicht abfällig oder erregt über diesen Brief urteilt und den Ausdruck „sacrum mysterium“ für die Eucharistie braucht (eine Bezeichnung, die allerdings auch sonst bei der Eucharistie nicht selten ist), ist vermutlich der Brief Dekolampads²⁾ vom 19. April 1526 unter dem zurückgesandten zu verstehen, in dem das Wort „mysterium“ mehrmals in Bezug auf die Eucharistie gebraucht wird. Und der Brief war das letzte Zeichen freundlicher Beziehungen zwischen Pirckheimer und Dekolampad. Noch in demselben Jahre trat die Entfremdung, bald die bittere Feindschaft ein. Der Brief des Heß, und damit sein Besuch von Nürnberg, gehört daher mutmaßlich in das Jahr 1526 und etwa in die erste Hälfte des Jahres.

IX. Heß an Pirckheimer.

[1526?]

[Nürnberg.]

Amicorum magna sane turba est, que me ad prandiola

¹⁾ pergere ist nur Konjektur, das Wort ist in der Fälschung unlesbar geschrieben.

²⁾ J. J. Herzog, das Leben Johannes Dekolampads, 272.

cenulasque suas indies vocat; denegare meipsum nemini possum, agnosco enim pium eorum in me affectum grataque viscera; seruaui tamen mihi crastinum diem liberum. Si itaque tue excellentie dies ille aptus, veniam, quacunque hora id iusserit. Ne tamen se credat aut edacem aut bibacem habiturum hospitem, imprimis rogo; contentus enim est colloquio tuo eruditissimo tuamque honestissimam conuersacionem deliciis omnibus, patine eciam Apiciane ac Aesopine optimo iure Hesusus prefert anteponitque.

Oecolampadij Epistolam remitto, commentaturi presentes super illo sacro mysterio.

(Unterschrift fehlt.)

Adresse: D. Birckamero viro opt.

Orig. Nürnberg, Stadtbibliothek, Birckheimers Nachlaß. —

Wir können nicht angeben, ob Camerarius die nach dem Briefe VIII beabsichtigte Reise nach Bamberg ausgeführt hat oder ob er in Wittenberg geblieben ist. Wäre das Letztere geschehen, so könnte er wohl Ende 1525 Breslau und Liegnitz aufgesucht haben. Wahrscheinlich ist aber diese Reise erst im Anfange des Jahres 1526 vor sich gegangen. Darauf deutet wenigstens der Brief Wetzlers an Camerarius¹⁾ vom 25. October 1526, worin er das lange Ausbleiben eines bei seiner Anwesenheit in Breslau versprochenen Briefes für sich und Nigler beklagt und im Zusammenhange die Nürnberger Melancthonische Schule nennt. Diese Schule wurde im Mai 1526 eröffnet und Camerarius war bei dieser Eröffnung zugegen.²⁾ In Liegnitz war er wohl wegen eventueller Abmachungen in Betreff einer Berufung an die geplante Universität in Liegnitz. Das Qu. bei seinem Namen ist eine mit Camerarius identische Übersetzung seines Namens Kammermeister: Quaeſtor oder Quaeſtorius. Wer der im Briefe als Adressat eines Heß'schen Briefes genannte $\mu\alpha\gamma\iota\varsigma$ ist, läßt sich nicht erraten.³⁾

X. Camerarius an Heß.

[1526?]

[Liegnitz].

S. Mi Hesse, scito me Lignicium venisse ibique diem unum esse moratum, quod principem expectarem, aberat enim,

¹⁾ Tertius Libellus Epistolarum H. Eobani Hessi etc., N. 4 b, N. 5.

²⁾ G. W. Heermagen, Zur Geschichte des Nürnberger Gelehrten Schulwesens I (1860), 33.

³⁾ Sollte es nicht einer von den Arleben sein, entweder Nickel Arleben Magnus genannt, Hauptmann zu Liegnitz oder Schwentfelds Freund Hans Magnus von Langenwalde? (Ann. d. Reb.)

haud scio, ubi locorum. Sed cum frustra mansissem illum diem reliquamque expectationem dubiam esse intelligerem, coeptum iter proseguere constitui. Videntur omnia nostris consilijs aduersari, aut quia ἐστὶ δύσκολα τὰ καλὰ, aut quia sic ἐν τῇ ἐλπίδι exercemur. Tu, mi Hesse, precibus insiste, ut quod ex utriusque re sit, Dominus fortunet. Remitto litteras ad te, secutus enim erat ὁ μαγνής principem. Velim, quicquid a nobis actum fuerit, quamprimum ad nos perscribatis. Quid si haec res non successerit, tua, mi Hesse, opera et aliorum amicorum spero tamen inuenturum, quod placeat. Utinam vestra opera et studio contingat etiam fratri nostri amici ἄλοχος ἀπαλλή τε νέη. Vale in Domino. Saluta meis verbis Ambrosium Moybanum et fratres reliquos. Nigro scripsimus, cui velim litteras cures. Postridie, quam a vobis discessimus.

Joachimus Camerarius Qu.

Adresse: Dem achtparenn hochgelarten Herrn Joan Hefenn predigernn zu Breslaw sehnem liebenn Herrn vndt freundt.

Orig., Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. V, 80. —

Der Schreiber des untenstehenden **Postscriptum** zu einem nicht erhaltenen Briefe an Heß, Johann von Zwola¹⁾ oder Swolski, war einer alten mährischen Adelsfamilie entsprossen, die Olmütz zur Zeit des Königs Ladislaus Postumus den 36. Bischof, Konrad, gegeben hatte. In jungen Jahren war er von 1501/02 ab ein Schüler des Konrad Celtis in dem von diesem gegründeten Collegium poetarum et mathematicorum in Wien. Seit 1504 hatte er als Scholar der Universität in Wien Jura studiert und diese Studien von 1506 an in Bologna fortgesetzt. Im Jahre 1514 wurde er dort Doktor beider Rechte. Schon 1513 war er Propst in Brünn und daneben bald auch Domherr in Olmütz. Die unter Celtis erworbene Fertigkeit in der Verskunst übte er auch später weiter und verwandte sie ganz auf religiöse Zwecke. Wotke hat mehrere dieser untadeligen Dichtungen besprochen. Das Jahr 1526 für das undatierte Schreiben ist aus Rücksicht auf die berühmten Exequien des 1526 in der Schlacht bei Mohacs umgekommenen Königs Ludwig II. von Böhmen und Ungarn gewählt. Das

¹⁾ Zu Zwola vergl. G. Knob, Deutsche Studenten in Bologna, 661, Nr. 4392; R. Wotke in der Zeitschrift des Vereins für die Geschichte Mährens und Schlesiens, III, 356 f.; G. Bauch, Die Reception des Humanismus in Wien, 142, 148, 150.

Domkapitel hatte die Feier auf den 28. September 1526 angesetzt¹⁾ und diese scheint in unserem Briefe noch nicht weit zurückliegen. Das Datum der Geburt des zweiten Kindes von Heß ist leider nicht bekannt, dieses würde alle Zweifel heben. Der am Ende des Briefes genannte Dominicus ist sicher Dominikus Schleupner. Von dem Olmützer Suffragan Martin, Bischof von Nicopoli, sagt Heß: Perijt misere in Carcere ut Anabaptista.

XI. Johann von Zuola an Heß.

[1526?]

O. O.

Post scriptam epistolam, ubi paginas inplessem, visum est versu colludere in Hessum, geminum patrem, epigramma mitto. Deinde et in eucharistie gratiam versiculos adiunxi, si tamen in tali re usui esse potest versus. De Martino suffr. eodemque sathane (quod ad amplexationem doctrine pertinet) transfuga aliud nihil postea hausi, nisi quod tam uxori quam ditioni constanter inheret.

Tuam ad populum concionem in regis exequijs habitam, si edetur, videre optarim. Nam placuit brevis illa Vratislaviensi ecclesie tue commoda deprecatio. Meos in Apocalipsym commentarios optarem editos, maxime enim profuturi videntur, vel hoc solo nomine, quod quedam inde sumere,²⁾ alia renuere licebit. Id opus, quo consilio aggrediar,³⁾ nescio. Basileam aut Norinbergam peregrinari laboriosi est itineris. Apud Viennenses nihil huiusmodi liberum spero. Conferrem in hoc operis libens aliquid de meo calchographis, aut certe in damni subirem periculum. Prorsus me latet ratio, qua rem commode extricem. Est mihi insuper domi opusculum de theologicis signis ALPHABETI nomine inscriptum mutuatis omnibus aut a Moraliibus Gregorij aut Dionisio aut alijs probatissimis quibusque auctoribus. Id optarem prius edi, ut vel inde fides eorum, que affero, constare possit. Fortasse prestaret, aut hanc scedam aut epistolam, quam tibi scripsi, Nurembergam aliquando ad tuos mittere, quo res chalcographis constare per amicos tuos possit. Interpellat apud me charitas neque sinit a cogitatione ista quiescere. Tuto, quicquid id est, edi potest. Erratula mea feram libenter in obsequium fidei, ut feret aliorum fortasse pietas potius, quam opprobrat, quo non mihi, sed ecclesie rebus

¹⁾ Kößlin, in der Zeitschrift d. B. f. G. u. A. Schl., VI, 224.

²⁾ summere. ³⁾ agrediar.

consultum laboro. Gratissimam mihi rem hoc feceris. Et denique super hoc rescribe aliquid. Illud ante omnia cures, velim, ne res calchographis lateat, si presertim in euentum damni iacture successero.

idem Zuola Tuus.

Mitto cum hijs folia quedam quarti commentarij, non quia hoc totum approbari possit a te, sed degustatiunculam ut habeas. Constantiora (utcunque) sunt, que domi habeo. Lecta igni trades neque publicabis, vel fortasse Nurembergam transmittes Dominico illi, doctissimo homini, qui apud Slesitas aliquando egit, per quem res curetur.

Orig., Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. V, 77. —

Der nächste, ebenfalls von Johann von Zwola an Hefß gerichtete Brief soll von Loserth, Balthasar Hubmaier und die Anfänge der Wiedertaufer in Mähren, 216, Beil. 11, schon einmal gedruckt sein. Da jedoch das Buch uns und anderen in Breslau nicht zugänglich ist, und um alle Briefe Zwolas an Hefß an einer Stelle zu vereinigen, folgt er hier nochmals nach dem Original.¹⁾ Für Ursinus und Logus verweisen wir auf unsere ersten Analecten.²⁾

XII. Johann von Zuola an Hefß.

1528 April 15.

Tobitschau.

Salus domini tecum. Et mihi vel imprimis gratum fuit, clarissime et venerabilis amice, te inter istas aduersantium calumnias corpore adhuc animoque infractum esse. Ipse inter mutationes quasdam et cessiones bonorum nostrorum haud omnino ex animi sententia nunc ago, utor ad hoc tempus hospitio magnifici domini de Pernstein, breui firmiorem aliquem vite statum expectans, incumbit pater adhortans ad rem uxoriam, sed mihi nihildum constitutum. Grati fuerunt amoris in me tui testes, quos miseras, libelli et de biblicis nouis gratum ex te intellexisse. De Doctore Balthasare non mendax ad te fama perlata est, vereor tamen, ne ita solenni iudicio res acta sit, ut oportebat, satis habuerunt homines securi iam inuidie, fassum esse de Baptismate illo suo, de Eucharistia

¹⁾ Wir können leider auch nach der Sage nicht nachprüfen, ob Loserth den Brief vollständig und korrekt gibt.

²⁾ Correspondenzblatt, VIII, 179 f., 171 f.

quoque sensisse cum Zuinglio. Et aiunt, seditionis illius rusticane in Germania caput fuisse; hoc enim mihi Znoyme, cum rex adesset, referebant Ursinus et Logus. Ac si quid preterea actum ibi queris de Luthero lutheranisque et atroci illo mandato regio, nulla mentio, assensum tantummodo in hoc regi, ut, qui e Germania in Morauiam confluxere baptistarum concionatores, infra mensem prouintia excederent, conuentus hijs inhiherentur. Tum auxilia regi aduersus Turcam decreta peditum milia sex in menses tris. Opinor, omnia, que ad rem euangelicam pertinent, lenius processura, ubi rex e Germania redierit. Paulatim enim mitior esse incipit lutheranis, ut e suis auditur. Tuis, quos commendas, iterum prestiti, que debui, neque mea culpa de me queri quicquam poterunt. Reliquum negotij huius cum patre exigendum erit, qui me pulso isthuc commigrat; quod ita accipe, inuitum me apud parentem commorari; que mihi ad hanc rem pertinere visa, ad tuos perscribo; non desinam etiam ipse eorum negotium apud patrem agere.

Mitto cum hijs Cesares C. Urisini, quos ab eo Znoyme muneris loco accepi. Bene vale in Domino, amicorum rarissime et colendissime. Ex Towatzau 15. Aprilis 1528 anno domini.

Janus de Zuola tuus.

Znoymensis concionator euangelij pulsus aut ad carcerem quesitus est. Is inter baptistas tum computabatur. Apud Brunnam baptiste tres pridie incendio consumpti, in quibus Czizek et Thomas quidam.

Adresse: Clarissimo et venerando amico Domino Doctori Jo. Hesso Wratistlaue.

Orig., Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. V, 79. —

Der Abdruck des untenstehenden Briefes bei Heumann¹⁾ enthält nicht bloß mehrere Lesefehler und das falsche Jahresdatum XXVIII, sondern er läßt auch die ganze Stelle aus, in der die beiden Pfingst er- wähnt werden. Doch gerade diese Erwähnung ist für Heß nicht unwichtig, weil er dabei ausdrücklich sagt, daß er mit dieser Nürnberger Ratsfamilie verwandt sei. Das dürfte der Angabe E. Ottos widersprechen, der Heß' Vater zum Resselschmiede macht.²⁾

¹⁾ A. a. O., Commentatio Isagogica, 77.

²⁾ E. Otto, Johannes Cochlaeus der Humanist, 12 R. 2.

XIII. Heß an Birckheimer.

1529 April 4.

Breslau.

†

Dominus sit tecum.

S. Indicem thesauri verius quam libri ideo ad te, optimum patronum,¹⁾ misi, ut mecum gauderes gratiasque ageres Deo nostro, qui²⁾ hec dona ex media Grecia nobis largitus est et Nazianzenum vetustissimum seruauit utcunque et nostris oculis, licet non omni ex parte integrum (desunt enim aliquae membrane). Solet Metzlerus noster, iurisconsultus, saepe admirari vel hoc in opere sanctam Grecorum veterum diligentiam, nec Moibanus, theologus, cessat exosculari sacrosanctas reliquias³⁾ et vere reliquias. Est enim uterque grece doctus. Nunc ad tuum desyderium admodum ardens. Magnum hoc volumen vel hodie mecum est (est enim vel precipuum ornamentum ornatissime mee bibliothecae); sed dices: Que spes mihi? et ego expecto. Audi, quid est, quod te expectantem tenet: fidelem non habeo negociatorem, testor dominum Jesum, cui hoc nobile margaritum credere tuto possim. Age tu, clarissime vir, cum viro bone fidei D. Sebaldo Pfintzing, senatore urbis vestre, ut officium mittendi ad te suis litteris quasi me ignorante imponat suo amico d. Ludouico Pfintzing, cui urbis nostre. Neuter tamen intelligat hoc consilium ex me profectum. Quia de mea sunt familia, timeo, quod negligentiores sint, quam ut commodum sit huiusmodi illos grauare. Summa Summarum: habebit Ludouicus Pfintzing Nazianzenum, quandocunque postulauerit.

Que scribis de Erasmo, non sine maximo animi et dolore et merore legi. Patior et ego multa ab Oecolampadianis. Dominus ipse sit protector sui verbi. Orationem de episcopi officio accepi, alias nihil, gratias ago tibi maximas.⁴⁾ Patere hunc meum adfectum patienter, quem gero erga Nazianzenum, qui me tam fortiter tenet, nec sinit animum meum auelli. Sunt, qui iurarent viso volumine vel ipsa etate auctoris librum scriptum. Interim, quo tecum erit Nazianzenus, semper mecum erit Birckamerus. Sed satis. Vellem, ut tam⁵⁾ in pro-

¹⁾ H. optime patrone. ²⁾ H. quod. ³⁾ H. religas. ⁴⁾ H. mox. ⁵⁾ H. iam.

pinquo mihi esses, quo meis brachijs ad te deferrem gratum hospitem, thesaurum meum, quia ubi cor, ibi thesaurus. Vale, amicorum omnium fidelissime et charissime patrone. Date Vuratslaviae die Diui Ambrosij episcopi anno XXIX.¹⁾

Hessus.

Adresse: Clarissimo viro domino Bilibaldo Pirckeymhero Consiliario Cesareo et opt. et max. Patrono suo.

Norimberge.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

In dem nun folgenden Briefe hat Heumann²⁾ den ganzen Passus über Christoph Scheurl aus Rücksicht auf die Patriziersfamilie und ohne Andeutung der Auslassung unterdrückt. Scheurl hatte durch sein charakterloses Verhalten in der reformatorischen Bewegung und besonders durch sein Verhältnis zu Johann Eck in der allgemeinen Achtung viel verloren. Pirckheimer, dem der Mann wegen seiner Eitelkeit und Gespreiztheit höchst unsympathisch war, hatte ihm schon im Eccius dedolatus übel mitgespielt, im Jahre 1528, als Scheurl das Original von Luthers Brief an Wenzel Link (14. Juli 1528), der von dem Päckchen Bündnis handelte und verlegende Äußerungen über Herzog Georg von Sachsen enthielt,³⁾ unter Vertrauensbruch, er hatte sich dazu den Brief unter einem Vorwande von Link geliehen, dem Sekretär Herzogs Georg Thomas von der Heide vorgelegt hatte, griff ihn Pirckheimer vor dem Rat auf das Schroffste an.⁴⁾ Mit größter Mühe wurde diese Sache beigelegt,⁵⁾ durch die Mitteilung dieser Vorgänge wurde Heß von seinem ehemaligen Lehrer Scheurl, der ihn einst auch nach Schlesien empfohlen hatte,⁶⁾ für immer geschieden und hat hier nur noch Worte der Verachtung für ihn.

XIV. Heß an Pirckheimer.

1529 Mai 11.

Breslau.

Dominus tecum.

S. D. Quod verbis promisi, et opere hic presto. Habes enim, clarissime et optime patrone, Nazianzenum meum, quem

¹⁾ H. XXVIII. ²⁾ A. a. O., 77. ³⁾ De Wette, Luthers Briefe, III, 340.

⁴⁾ G. Bauch in den Neuen Mitteilungen des Sächsisch-Thüringischen Vereins, XIX, 456.

⁵⁾ F. Roth, Bilibald Pirckheimer, 73, 74. Roth stellt, weil er die eben angeführte Stelle nicht kannte, die Vorgänge selbst ganz falsch dar.

⁶⁾ G. Bauch in der Zeitschrift x., XXVI, 209, 210, 223, 224.

nunc unice commendo. Utinam tue Magnificentie tam utilis, quam mihi clarus. Pro libellis missis maximas ago tue Magnificentie gratias et ego simili in officio libenter me officiosum erga tuam Magnificentiam ostenderem, sed plane libellorum apud nos nihil preter spirituosorum hominum spirituosissima somnia aduersus eucharistiam; sed quis pius illa velit! Cracouia Poloniae nuper dedit tabulas duas Sarmatiae et Scythiae, licet inelegantes, tamen, me iudice, non inutiles. Si te illarum tenet ardor habendi, non deero tuo desyderio. Unum a te, optime patrone, pro iure amicitie nostre et ego vicissim a tua exigo Magnificentia. Faciat me participem illorum, que vobiscum circumferuntur aduersus Oecolampadium et huiusmodi impostores. Nam tua Magnificentia vix credit, ut a fautoribus horum hominum libelli nobiscum supprimantur. Doctor Scheurlinus saepe ad nos scribit, sollicitus pro armis sue familiae. Aiunt enim, virum conscribere iustum volumen, si diis placet, de antiquitate et nobilitate Scheurline familiae. Sed, ut ex tue Magnificentie litteris cognosco, satis nobilitatus, sat famosus est bonus iste vir. Tu vale, certissime et charissime patrone.

Date XI. Maii Vuratslaviae Anno XXIX.

Tuus Hesus.

Adresse: Clariss. et integerrimo viro Domino Bilibaldo Pirckhaymero Consiliario Caesareo etc. Patrono optimo suo
Nurmberge.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

Auch der folgende Brief an Pirckheimer ist von Heumann abgedruckt worden,¹⁾ doch ebenfalls nicht vollständig; es fehlt das Ende von der Bestellung der Bücher Dürers und der ganze letzte Absatz, der von Heß' Bemühungen um Erlangung des Ptolemaeus durch Vermittlung des Buchhändlers Johannes Petreius handelt. Die dringende Bitte um alle Bücher Dürers hatte ihren äußeren Anlaß darin, daß der von ihm so hochgeschätzte Mann am 6. April 1528 gestorben war.²⁾ Für seine Stellung zu den „Saframentierern“ in dieser Zeit ist bezeichnend, daß er von den Schriften Oecolampads gar nichts mehr wissen will.

¹⁾ A. a. O., Commentatio Isagogica, 78, 79.

²⁾ M. Thausing, Albrecht Dürer, 495.

Das Buch des Ambrosius Pelargus, wofür er dankt, dürfte der gegen Desolampad gerichtete Hyperaspismus sive propugnatio apologiae Ambrosii Pelargi, quo Eucharistiae sacrificium strenue asseritur,¹⁾ gewesen sein.

XV. Brief an Birkheimer.

1529 Juli 13.

Breslau.

S. P. Nihil gratius legere potui, clarissime Domine Bilibalde, quam quod te Nazianzenus voluptate et quidem magna adfecerit, sit hoc in publicam utilitatem rei christiane.

Desine esse sollicitus de Oecolampadianis libellis, animum abdicavi ab huiusmodi caullationibus, nam bibliothecam meam posthac adornare placet melioribus scriptis. Pelargi libellum bis a te accepi, ago gratias pro liberali liberalitate. Unum te rogo, optime patrone, iube, ut unus ex fidelibus tuis familiaribus colligat libellos nostri et perpetuo nostri Alberti Durerij, qui possint in bibliothecam reponi, libello siue libro nullo excepto, etiam ante multos annos edito, modo sit ex officina Durerij nostri. Erunt enim in ornamentum aliorum librorum meorum. Pecuniam ministrabit magnificus D. Sebaldus Pfintzing, ita volente nostro Ludouico Pfintzing, apud quem fideliter curabo.

Quod res sit apud Suitenses sedata, vehementer gaudeo. De discordia hic multa dixerunt nostri negotiatores, de concordia tu primus, qui hoc gratum attulisti nuntium nobis. Tabulam Sarmatie secundam tibi mitto, nam hanc unicam ad manum nunc habui; pro prima scripsi Cracouiensibus amicis, habebis et illam.

Cum in fine epistole tue legerem, te parare secundam editionem Ptolemaice geographie, cepi meam in hac parte infelicitatem detestari. Tu de secunda sollicitus, et ego nondum primam edicionem vidi. Rumore incerto audiui, Ptolemeum esse apud vos. Dedi hoc negotium charo amico, qui inter cetera a Joanne Petreio, viro bono, hec verba attulit: De Ptolemeo nihil adhuc scio, sed Renensis quidam mira in geographia ad futuras nundinas Franckfordienses se aduecturum promisit etc. Hec Petreius scripsit ante annum. Interim

¹⁾ J. J. Herzog, Das Leben Johannes Desolampads, II, 117.

ad nundinas Franckfordienses misi meos exploratores. Nihil inuenerunt. Sed satis. Tu interim vale, charissime patrone, cum tota familia.

Date Vuratslaviae die Margarete 13. Julij An. 29. Vuratslaviae (!).

Tuus Hessus.

Adresse: Clarissimo viro D. Bilibaldo Pyrekhaymero Consiliario Caesareo etc. Domino et Patrono Suo.

Nurmbergk.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Birckheimers Nachlaß. —

Der letzte erhaltene Brief von Heß an Johann Lang¹⁾ vereint mit der Klage über die gedrückte Lage der Evangelischen unter König Ferdinand I. die Nachricht über seine Schwierigkeiten mit den auch in Schlessien eingedrungenen Wiedertäufern. Röstlin erzählt,²⁾ daß er, als ihn Reck mit einer lateinischen Streitschrift heimsuchte, nur geantwortet habe: „Justus Menius wider die Wiedertäuffer“. Hier bittet er um die gediegene Schrift des Superintendenten von Eisenach, die jedoch erst 1530 gedruckt erschien.³⁾ Der in dem Schreiben erwähnte Jurist Ludovicus Ranensis ist der gelegentlich mit Luther verwechselte Mithotheus, der Freund des Mutianus Rufus und des Justus Jonas, eigentlich Ludwig Vondergut aus Rain am See,⁴⁾ der von 1520 bis 1532 mainzischer Vicedominus in Erfurt war. Rüstel liest daher in dem Briefe⁵⁾ des Heß an Lang vom 19. November 1519 unrichtig Ravensem für Ranensem.

XVI. Heß an Johann Lang.

1529 November 28.

Breslau.

Merito venerabili viro domino Joanni Lango seruo Jesu Christi, fratri charissimo suo. Dominus tecum S.

Valde mihi placuit, charissime frater, vir ille consularis, qui mihi obtulit epistolam, dignus me iudice imperio. Utinam et tua et mea respublica tales haberet multos. Fuit enim mihi

¹⁾ Dieser Brief war Röstlin unbekannt.

²⁾ Zeitschrift xc., VI, 245.

³⁾ G. L. Schmidt, Justus Menius, der Reformator Thüringens, 150.

⁴⁾ Zu Vondergut vergl. G. Bauch, Die Universität Erfurt im Zeitalter des Frühhumanismus, Kapitel IV, 160, 161, 233.

⁵⁾ Correspondenzblatt VI, 228.

ut viua epistola de rebus vestris, ita et tibi de meis erit. Gratias ago domino deo, qui te fecit parentem et tam audacem, ut secundas nuptias adires. Consiste et bono sis animo, ne cedas loco, et nos hic in nostris ecclesijs satanam, et quidem potentem, habemus: sumus sub Ferdinando; tu reliqua expende. Salutaui amicos tuos, tu et meos reuenter salutabis: Ludouicum Ranensem, iurisconsultum, et Iustum Menium, fratrem in domino dilectissimum. Narrauit mihi consularis tuus de felici triumpho Menii aduersus catabaptistas; optarem, imo per communem amicitiam exigerem a vobis, si liceret, ut huius rei per vos fierem particeps. Nam quotidie fere omnibus nobis negotium faciunt deplorati et miseri homines. Deus custodiat vos ab omni malo.

Datum Vratislaviae 28. Novembris anno 1529.

Tuus Johannes Hessus.

Abſchrift: Codex Gothanus A chart. 399, 229, 229 b. —

Die Bitte um Dürers Bücher brachte auch ein Werk des Meisters, das für Breslau wegen der Türkengefahr¹⁾ von aktuellem Interesse war, in den Besitz von Heß. Er stellte es, wie der folgende Brief berichtet, den Rathsherrn, die mit der Neubefestigung der Stadt betraut waren,²⁾ zur Verfügung und die es dann fleißig studierten und wohl auch für ihren Zweck ausnutzten. Es war das der „Unterricht zur Befestigung der Städte, Schlösser und Flecken“, der 1527 erschienen war. M. Thausing³⁾ ist diese praktische Verwendung entgangen. Für Heß Familienverhältnisse ist die Mitteilung von der Geburt eines Sohnes von Bedeutung.⁴⁾

XVII. Heß an Birckheimer.

1529 Dezember 22.

Breslau.

S. Fideliter obtulit mihi, clarissime vir, patrone optime, Tuae Excellentiae munera D. Ludouicus Pfinczig, longe gratissima. Quid enim mihi gracios, quam videre imagines charorum amicorum, quotidie ob oculos positas. Librum Durerij legunt diligenter senatores, qui ad hoc a republica sunt ordinati,

¹⁾ Wien ist bekanntlich 1529 von den Türken belagert worden.

²⁾ Hierzu Zeitschrift x., IV, 157.

³⁾ Albrecht Dürer, 508. 509.

⁴⁾ Zeitschrift x., XII, 421. Nur diese Angabe steht bei Heumann, a. a. O., Comm. 389. 79.

ut sint solliciti de munienda urbe. Ago et habeo pro omnibus beneficijs Tue Excellentie maximas gratias. Immerito sint collata, sed nunquam ingrato. Tue Excellentie erit saltem iudicare, quid me velit. Ero paratus.

Dum hec scribo, nascitur mihi filius. Benedictus sit pater misericordiarum. Dominus custodiat Tuam Excellentiam ob omni malo. Amen.

Date Vuratislaviae 22. Decembris Ann. 29.

T. Jo. Hessus.

Adreſſe: Clariss. viro D. Bilibaldo Pirckhaymero Consiliario Cesareo etc. Domino et patrono Carissimo Nurmberge.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

Mit dem folgenden Briefe schließt der Briefwechsel zwischen Heß und Pirckheimer ab. Die Sorge um seinen Nazianzenus wäre wohl noch größer gewesen, wenn Heß hätte ahnen können, daß dies sein letzter Brief an seinen verehrten Patron und Freund sein würde. Pirckheimer starb unerwartet¹⁾ in der Nacht vom 21. zum 22. Dezember 1530. Der Codex kam jedoch wohlbehalten zurück und wurde später (1544) an Joachimus Camerarius verliehen.²⁾ Die erhoffte Ausgabe und Übersetzung von Pirckheimer ist nicht erschienen.

XVIII. Heß an Pirckheimer.

1530 Oktober 13.

Breslau.

S. D. Molestus tue Magnificentie, clarissime vir, esse nolui, inter tot priuatas publicasque occupationes, tacui itaque ad aliquot menses, ut nihil litterarum ad tuam Magnificentiam darem. Nunc autem nacta oportunitate rupto silentio cogor esse sollicitus pro meo Nazianzeno, quem indies expecto, non solum grece, sed et latine loquentem. Hanc enim spem meam nuper auxit epistola Udalrici Zasii, doctissimi viri, ad tuam Magnificentiam scripta, in qua gratias agit pro translatione Nazianzeni.

Noui nobiscum nihil, nisi quod incursionem Turcarum timemus, qui in terminis Morauie hisce diebus magnam Christianis

¹⁾ J. Roth, Wilibald Pirckheimer, 75.

²⁾ Breslau, Stadtbibliothek, Rhedig. V, 82, 81.

intulerunt calamitatem. Quod si tua Magnificentia mihi rescribit,
vel de valetudine Erasmi Roterodami, loco magni muneris erit.

Bene valeat tua Magnificentia, mi charissime, simul et
optime patrone.

Datum Wratislaviae XIII Octobris An. XXX.

T. Jo. Hesus.

Adresse: Magnifico et Clarissimo viro Domino Bilibaldo
Pirckhaymero Consiliario Caesareo etc. Domino et patrono
opt. suo.

Nurmberge.

Orig., Nürnberg, Stadtbibliothek, Pirckheimers Nachlaß. —

Breslau.

Gustav Bauch.